



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

8. De duobus hominibus Anconæ per Deiparam mirabiliter & integrè restitutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

RVPERTUS Abbas Tuitiensis Germanus, cum primum ingenio se tardum & ad sacra discenda parum idoneum cerne- ret, opem sacrae virginis singulari studio im- ploravit, ut hanc naturae difficultatem supera- re, ac foelices in sacris literis progressus face- re posset. Cui virgo mater nocte apparēs pro- mittit & praestat, quod ille tantoperè cupie- bat, tam excellenti deinde gratia scientiaque illustratus, ut inter Germanos Theologos emi- nuerit, ac similem aetas illa non tulerit, qui & viuus & mortuus multis claruit miraculis, si- cut Trithemius aperte testatur. Nec ingratus ille fuisse videtur virgini, quam in suis mo- numentis libenter extollit, praesertim si com- mentarios eius in cantica, & opus de diuinis officijs consulamus.

*Pet. Canisius ibidem, citans Marsilium Fi-
cinum lib. 3. de relig. Christiana cap. 10. De
duobus hominibus Ancona per Deiparam
mirabiliter & integrè restitutis.*

CAP. VIII.

AVdiui equidem, inquit Marsilius, non- nulla nostris seculis, atque etiam in vr- be nostra Florentina mirabilia conti- gisse, sed quaedam occultiora. Illud certè mul- tis hominum millibus, qui & viderunt, & ad- huc viuunt manifestissimum, quod Anconae anno Domini 1470. factum, à multis fide dig- nis accepimus. Puella quaedam propter pessimi-

G 2 mam

nam quandam neruorum contractionem, primis incunabulis, gradiendo natibus pariter cruribus utebatur. Præterea Bidellus Florentinus propter faucium pectorisque contusionem, multos annos loqui nihil potuit. Ambrasius cum D. Mariæ eodem in loco suppliciter commendassent, sani prorsus euaserunt. Omni populo multis annis noti erant infirmi, postea iam quatuor continuè omni populo sani.

Nicephorus Callist libr. 14. cap 36. histor. ecclesiast. & Petrus Canisius loco citato, Nestorij heretici et Mariomastigis poenitentia mira ultione.

C A P. I X.

Nestorius cum hostile bellum aduersus Deiparam instituisset, adeò non impunitè tulit tantam audaciam & procacitatem, ut fuerit à toto Concilio Ephesino anathemati perpetuò traditus, ab Imperatore quoque Theodosio in exilium actus, Episcopatu suo Constantinopolitano planè spoliatus, ac demùm coactus in exilio vitam abstinere calamitosam. Sed & blasphemam eam linguam, miri carnifices corrodere vermes, si non corpus, nefandum nouæ impietatis ganum, à terra dehiscente absorptum, certum nima eius ad inferos usque detrusa, meritis blasphemix poenas luit. Nicephorus autem scribit, Nestorium Theodosij Imperatoris iussu in extremis Thebarum oris, lo-